

Cap. Quo-
niam, de
offic. & pot.
iud. deleg.

In quibus
non licet
commis-
sarius
actus dele-
gati.

mitti alii non posse, quæ industria Episcopi con-
ceduntur; quod & de aliis communis scripto-
rum doctrina Iuris dispositioni innixa, resolutum.
Et facit præfertim Cap. Quoniam, de officio & potestis.
iud. deleg. ibi: Cum in his omnibus casibus industria
& fidem persone, cui talia committimus, eligere videa-
mur. Sic Gregorius IX. qui statim quædam enumera-
rat, in quibus non licet id, quod est commis-
sarius, alteri delegare, sic inquiens: Nulli cui com-
missum fuerit predicare Crucem, vel excommunicare,
vel absoluere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel
iniungere Penitentias; licet hec de cetero alijs de-
mandare, quia non sibi iurisdictione, sed certum ministe-
rium portius committitur in hac parte. Hæc ille. Si-
milia autem in casu præfenti accidit; nam electio
idoneorum Sacerdotum ad functiones prædictas,
non iurisdictionis actus, sed purum ministerium
est. Et cum Episcopis Pontifex loquebatur, vt
ex Textu liquet, ex quibus ad alios Constitutio
prorogatur. Pro quo videri potest Barbosa in
Collectaneis ad citatum Caput. Vbi iuxta probatos
Auctores multa adducit, ex quibus colligi potest
personalissimum esse commissionem. Neque dici
potest per se ipsum personam designare. Sed elec-
tum ab aliis: quia hoc perinde est ac si aliis desig-
nationem committeret, quandoquidem ipsi non
potest de idoneitate constare, & ita idoneitas a-
liorum iudicio & electioni committitur. Et qui-
dem quod maximè attendendum iniungitur, idoneitas
est: cum ergo hæc per designationem modo
dicto factam nequeat agnosciri, nihil releuat
quod hoc vñā vel allā ratione Pontificis contraria
peragatur.

C A P V T VII.

Nonnulla circa Capitulum, Sede va-
cante, in Indiis percurruntur.

Assertio 1.
Capitulum
posse vñire
Beneficia.

Dico primo. Capitulum potest vñire
Beneficia. Sic absolute loquendo
tenent plures, quos adducit, & se-
qui videatur Diana Parte 8. Tractat. 4. Resolut. 31.
licet nonnulli apud eundem contradicant. Ratio
est quæ pro aliis remanerit inculcata, quod scilicet
in ordinariâ iurisdictione Episcopo succedat, ne-
que hoc in Sacris Canonibus exceptum reperi-
tur. Et pro exercitio huiusmodi potestatis pos-
sunt in Indiis frequentes occasiones occurtere;
quia Indorum populis ad raritatem adductis, ne-
cessarii, aut valde vtile est eos sub vnius Parochi
curâ constituti. Tunc ergo vñā ex iis Beneficiis
vacans vñri alteri non vacanti poterit: aut si
vtrumque vacet, vnum ex utroque conflari. Hoc
autem sine consensu Patroni fieri nequit, quia
Ecclesiæ omnes sub illius curâ sunt, & non debet
in eis Pastor, eo non annuente, collocari.

Assertio 2.
Capitulum
circa Clau-
suram Mo-
nialium idem
posse quod
Episcopus.

Dico secundò. Valde probabile est Ca-
pitulum Sede vacante, in Indiis posse circa Mo-
niales exempta id, quod Episcopus in ordine ad
Clausuram, iuxta facultatem, quæ illi à Concilio
Tridentino conceditur Sezione 25. Cap. 5. de Regu-
laribus. Vbi de exemplis esse sermonem, quæcumque illæ sint, eriam Prælati Religionis sub-
iectæ, communis sententia est, pro quâ videri po-
test P. Palaus Tomo 3. Tractat. 16. Diffut. 4. Puncto

9. numer. 7. & 8. Id probo. Nam si aliquid ob-
starer, id certè esset, quod in Concilio ibidem ha-
betur illis verbis: In Monasteriis sibi subiectis Ordinariis
in alijs verò Sedi Apostolicæ autoritate, &c. Con. Trid.
Ea enim quæ sub huiusmodi qualitate concedun-
tur Episcopis, in Capitulum non transeunt, vt
tenent Doctores in simili loquentes de Mo-
nasteriis Sedi Apostolicæ immediate subiectis, quæ
ab Episcopis vt delegatis Sedi eiusdem gubernan-
tur, de quibus Cap. 9. eiusdem Sessionis, & videri
possunt apud Dianam suprà, Resolut. 14. quos &
sequitur. Atqui probabilissime etiam sententia
est, quæ contrarium statuit, & pro eâ sunt multi
grauescriptores, vt videri apud eundem potest
citato super loco & etiam Resolut. 2. de quo &
nos diximus num. 67. In Indiis autem probabilitas
est maior & talis quidem, vt videatur certitu-
dinem exquare. Nam Auctores contrariae sen-
tentia affirmit in casu urgentis necessitatis posse
Capitulum visitare, idque potestate ordinariâ,
quando Moniales non sunt immediate Apostoli-
ca Sedi subiectæ: vnde & similiter videntur in
casu, de quo loquimur, vbi minor est exemptio,
concessuri. Tunc sic. Si necessitas in Indiis occu-
ratur, quia Prælati Regulares admoniti de re-
medio efficaci non curant, vrgens illa ferè semper
est, quia vacationes Episcopalis Sedi solent esse
prolixæ, & à Sede Apostolicâ nimis ferè potest
remedium expectari. Siue ergo delegata, siue
ordinaria potestas sit, illa est Capitulo tribuen-
da.

90 Et quidem P. Bauni Tomo 1. Tractat. Ex doctri-
ni de Abbatibus, &c. Quæst. 24. de Canonis, vbi
sententiam Diana, aliorumque vt probabilem
defendit, & in quam se trahitatur. §. Deinde est,

cum anteà sic obiecisset: Si visitare Capitulum non
potest, quid illis sit? Si institutum, iuraque domus ac
Ordinis pessimum abutitur? &c. ita subdit: Est quod re-
spondeam, esse scilicet admonendum à Capituli Vicario
Papam de re integræ, ac si à semestri à litteris ad eum da-
tis, malo non occurrat, tum videri honestam rationem
habere Capitulum animaduertendi in fontes. Sic ille.
Cum ergo neque à semestri, neque ab anno integ-
ro, à litteris ad Pontificem datis, haberi respon-
sum in Indiis possit, satis ex eo verosimile appa-
ret posse Capitulum circa huiusmodi prouidere.

Addit autem prefatus Auctor in hunc modum:
Quod si (quod existimo verius) sacerdote id non potest, res
videtur committenda Deo esse, aut ad noui Episcopi ad-
iudicium remittenda. Sic ille. Atqui noui Episco-
pus in Indiis nimis ferè veniet: non est ergo inde
satis necessari prouisum. Ad Deum autem
negotium totum remitti, non videtur iuxta hu-
mana prudentia leges, quas Deus vult in gubernatione hominum obseruari, vt vulgatum Pro-
verbium habet: Deum rogando, & percutiendo malo.
Vbi non prætereundum Auctorem dictum
s. Ultimo afferere Capitulum, Sede vacante, posse
Monialibus exemptis ac immediate subiectis Pa-
pæ dare licentiam ad egressum è Claustro in cau-
sis à Concilio citat. Cap. Episcoporum iudicio re-
missis, & à Pio V. specialiter designatis. Quod
probat quia succedit in iurisdictione Episcopo
mortuo: licet fateatur Episcopum id posse facere
ex iurisdictione delegata. Quod equidem non
video quomodo ab illo consequenter dici possit,
qui priorem suam Assertionem de potestatis de-

fectorum

Nonnulla circa Capitulum S. V. in Indiis.

fectu in Capitulo ad visitationem probat ex eo
quod illa sit in Episcopo delegata, & ita non
transmissibilis in Capitulum. In quo & Diana
videtur consequentia defectu laborare, qui P.
Bauni sententia circa licentiam egressus propo-
sa Resolut. 39. sic concludit: Sed hæc opinio non est
admittenda stantibus Declarationibus Sacrae Congrega-
tionis, de quibus alibi dicendum erit. Sic ille. Qui tam-
en Resolut. 14. citat, sic dicitur: Ex quo etiam
fit posse Capitulum, Sede vacante, concedere licentiam
Monialibus immediate subiectis Sedi Apostolicæ egre-
diendi à Monasterio in casibus permisis, in Bullâ Py. V.
qua incipit. Decori, & honestatis, quamvis id perti-
nas ad Episcopum tamquam Sedi Apostolicæ Delega-
tum, &c.

91 Quidquid de hoc sit, si licentia ad egressum
in Monialibus exemptis, quamvis Prælatos
Religiosos habeant, ad Episcopos etiam pertineret,
quod Concilium significat, & plures Auctores
tenent, vt videri potest apud P. Thomam San-
cium in Operâ Morali, Lib. 6. Cap. 1. 5. numer. 26. P.
Palauum suprà, numer. 9. & Bonacinam Tractat. de
Claustris, Quæst. 1. Puncto 8. num. 1. Si inquam
necessaria est, eam posse Capitulum concedere,
vt citat docent P. Sancius num. 30. P. Palauus num.
10. & Bonacina n. 3. qui Vicario Capituli idem
competere ait, sicut & Vicario Episcopi nisi speci-
alis prohibito, aut verbo, aut vñi habeatur. Sed
citati Patres id negant, speciale concessionem
esse necessariam affirmantes. Vtrumque proba-
bile. Quia verò quod ad visitationem ratione
Claustræ attinet, si Episcopi id arrent, graui-
bus est obnoxium incommodis, vt experientia
comprobavit, videtur magis è refutum, si re-
medium aliter accaret, Religiosos admonendo
Prælatos; & si id non sufficiat, Proregem, & Præ-
fides exhortando, vt ipsi apud Prælatos instent,
protestando etiam se rem ad Regium Indianum
Consilium delatueros; id quod proderit aliquando
sic fecisse. Quia si eorum intentum non pro-
moteant, & scandala manifesta sint, sua illi vitantur
potestate. Pro quo videri potest Zerola verb.
Moniales. Ad quarum, & ad octauum. §. 4. Qui
tamen licentiam à Prælato Religionis habendam
censerit; sed immorit: quia in iis, quia Episco-
pis suo iure, aut delegatione Pontificiæ compe-
tunt, non est alterius, qui eorum Superior non
sit, licentia necessaria; immo etiam si Superior,
eo non expresso. Illud certius, peritam & non
obtentam sufficeret; alias sine remedio deberent
ista relinqui, si Prælati licentiam concedere recu-
sarent.

92 Dico tertio. Capitulum, Sede vacante,
in Indiis non potest licentias ad audiendas Con-
fessiones ab Episcopo Religiosis concessas suspen-
dere, & ad nouum examen vocare. Probari id po-
test in primis, quia generaliter id non potest, vt
probant Doctores, quos adducit & sequitur Diana
Parte 3. Tract. 2. Resolut. 7. s. ult. & Parte 8. Tract.
4. Resolut. 48. P. Palaus Tomo 4. Tract. 23. Diff. unica.

Quid de
illius Vicar-
io.

Licentia ut
necessaria,
& cujus
Prælati.

Assertio 3.
non posse li-
centias ab
Episcopo ad
audiendas
Confessio-
nes suspen-
dere.

Circa quod
& Diana
incon-
sequen-
tia
totius.

Functio 17. §. Anno 1265. P. Pellizarius Tract. 3.
Cap. 3. n. 44. P. Martinus Tom. 5. Diff. 53. n. 74. P.
Fagundez de Preceptis Ecclesiæ, Parte 2. Lib. 7. Cap. 2.
n. 28. & alij. Et ratio est. Quia pro illis extat pri-
tilegium à Clemente IV. concilium: quod licet
PP. Dominicanis & Franciscanis indulsum fuerit,
in illo tamen communicant, qui communicatio-
nis gratia fruuntur, vt sunt ferè omnes. Neque re-
uocatum illud à Concilio Tridentino, aut ab aliis
Pontificibus, quæ ad approbationem attinent, re-
spectu Regularium ad Episcoporum instantias
restrinxerunt. Neque de tali privilegio dubitari
potest, cum habeatur authenticum in Cōnventu
S. Francisci Salmantica, vt testatur Emmanuel
Rodericus in Bullario, Tomo 2. Fol. 35. cuius ultima
clausula hæc est: Vñris igitur supplicationibus incli-
nati, præsentim vobis autoritate concedimus, vt in
huiusmodi casu positis, vñi tamdu libere prædicti licen-
tia, donec viduatis Ecclesiæ prouisum fuerit de Pastore.
Sic Pontifex. Quod si Capitulum licentias posset
suspendere, non possent Religiosi illis vacante Se-
de potiri. Licentia autem illæ non, solum pro
audiendis Confessionibus, sed pro predicatione
eriam erant, vt constat ex tenore concessionis, nec
non predicandi, sicut & pro commutatione votorum
aliquorum: vnde & de Prædicatione idem
astrensum, eis quia alia gratia in ordine ad votorum
commutationem; circa quod Religiosi am-
plissimum priuilegium perfuerunt. Isq; pro Indiis
specialior est ratio, juxta dicta Tract. 12. n. 349. Et
verò cùa Religiosi circa hoc probabilissimam op-
pinione procedant, & suspensione licentiarum à
Capitulo proposita, nihilominus possint functio-
nes prædictas sine aliquo scrupulo conscientiarū
obire, quod bene obseruauit P. Fagundez suprà, n.
29. & post eum alij, fatis inconfiderat videtur su-
spensio publicari, ex quâ nullus sperari fructus po-
test, sed grauia incommoda suboriri. Quod non
tollit quo minus in casu aliquo, vt notabilia in-
convenientia vitentur, poslit Capitulum licentias
dicas, & præfertim ad prædicandum reuocare.
Quod & factum à Capitulo Argyropolitano cum
quodam, cui à Provinciali Concilio licentia præ-
dicandi fuerat attributa, quia eâ cum offendit
multorum, & non tolerabilis ampliatione, licet bo-
num præferret zelum, vñebatur. Dixi autem cir-
ca Prædicationem hoc specialiter faciendum, quia
in eâ possunt inconvenientia esse perspicua, non
ita in iis quæ ad forum Pœnitentiarum spectant. In
quo tamen talis esse inordinatio potest, vt incon-
venientia se prodeant, vnde & ad vitanda illa po-
test se Capituli auctoritas interponere. Neque e-
nim se priuilegio tueri potest, qui illo abutitur,
cùm sit constans doctrina indulgentiam & libera-
litatem Ecclesiæ in priuilegiorum concessione
patrocinium excessibus non præbere. Nec Papa
presumitur concedere exorbitantia. P. S. verb. Gratiæ
n. 12. & alij. Et de Capitulo hæc sit satis Capi-
tula terigisse.

Priuilegia
Clem. IV.

Suspensi-
Capitu-
lii
saturā in-
titulē.